2516

toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua Principali ex contentis scripti eiusdem Manualis non completa complenda Citatus ex tunc memoratus Recognoscens Magnificus Castellanus Crusvicensis suiq[ue] eius successores Ad Instantiam praefati Generosi Petri Pauli a Buzenin Maiszek Notarij Terrestris Premysliensis vel eius Posterorum ad Officium praesens Castrensis Capitaneatus Premysliensis ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vaduum praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad Munimenta ad Quictore vel alijs quibusuis dillationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitaneatus Premysliensis terminos dillationem sibi non recipiendo nullasq[ue] Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis Quasi onibus fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello conuentio neq[ue] ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

5/XII. Sabbatho pridie Festi Sancti Nicolai Pontificis Anno Domi:

ni Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

Gumowski Ernest Krey

Quictat

977

Comparens personaliter coram officio et Actis Castrensibus Capitaneal Praemysliensibus Generosus Valerianus Gumowski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus Bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Generosum Ernest Krey Cohortis Raytarorum Illustris et Magnifici Michaelis Casimiri in Olyka et Nieswiez Ducis Radziwil Procancellarij et Campiductoris Magni Ducatus Lithuaniae Lilensis Castrensis Praemysliensis Capitanei Rothmagistrum de Causa et actione Iudiciaria quauis eidem suprascripto Generoso Ernest Rothmagistro per se Recognoscenti ratione non solutionis summae certae pecuniariae sibi ab ipso debitae ad Iudicium Terrestre Praemysliensi instituta et intentata nec non et condemnatione quauis eadem in Causa obtenta ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscenti factam satisfactionem quietat emittit dimittit et liberum absolutumque facit et perpetuo pronuntiat causam eandem et actionem Iudiciariam cum et condemnationes quasuis eadem in Causa obtentas et publicatas cum earum publicationibus in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat sibi suisque posteris ratione Omissorum perpetuum imponendo silentium.

Baczynscy Illustrem et Ma